Vires, Vſus, Doſis.

QVando Catarrhus eſt tenuis, acris, caput calidum, facies & oculi rubicundi apparent, partes, per quas defluit, exaſperantur, & exulcerantur, amaritudo & ſalſedo percipitur. Febris adeſt, hæ Rotulæ valde commendabiles ſunt. Doſis à tribus ad quatuor pro una vice.

SECTIO IX.

DE

MORSULIS.

MORSULI CEPHALICI.

℞. *Conſ. Flor. Pæoniæ*
Anthos ana Unc. s.
Spec. Diamoſch. dulc.
Diambræ Unc. ij.
Cranei humani ſpagyricè calc.
Cornu Alcis eodem modo calc.
ana Drach. j.
Rad. & Sem. Pæoniæ debitè collect.
Viſci quercini ana Drach. s.
Ol. Succini alb. rect. Scr. j.
Lavendulæ
Nuc. Moſchat.
Carui ana Gran. iiij.
Sachari albiſſ. in aq. Apoplect. & Epilept. noſt. ana ſ. q. diſſol. Unc. xvj.

Miſc. & fiat ut eſt artis, Confectio in Morſullis.

Vires, Vſus, Doſis.

A Tota ſubſtantia tam in curando quam præſervando Epilepſiæ, Apoplexiæ, Paralyſi, caro, &c. ceterisque

risque periculosissimis capitis, cerebri & nervorum ad
fectibus conferunt. In præservatione Dosis à Drach.
ad Drach. j. In omnibus Lunæ quadris malaque ae
constitutione. In curatione autem datur à Drach. j.
Drach. ij. & iij. in ipso paroxismo Epileptico vel pau
post, per se vel in vehiculis appropriatis: Et si neces
rium fuerit, reiterandum. Pueris pro ratione ætatis
midia aut minor dosis sufficit.

MORSULI REGII.

℞.	*Pistat virid.*	Unc. ij.
	Pinearum mund.	
	Amygd. dulc.	ana Unc. j.
	Margar. trochisc.	
	Mag. Corallor. rub.	ana Drach
	Flor. Cordial. minutim incis.	
		ana P. j.
	Ol. Macis	Scr. j.
	Sachari albiss. in aq. Rosar. diss.	
		Unc. xvj.

Misc. & fiat Confectio in morsulis, ut est artis.

Vires, Vsus, Dosis.

SAporis sunt grati & supra modum confortant, alu
& nutriunt. Phthisicos, tabidos, longoque mor
extenuatos & imbecillitate languentes recreant. In d
si non facilè errari potest; Quia cum cibo, ante cibum
& post cibum ad libitum ægrotantis sumi condecente
possunt.

MORSULI ROSATI.

℞.	*Conf. Rosarum rub. opt.*	Unc. ij.
	Spec. Diarrhod. Abbat.	Unc. s.
	de gemmis frig.	
	Diamarg. frig.	ana Drach. ij.
	Conf. Alkermes	

Troch.

Troch. de Berberis
Flor. Nitri ana Drach. j.
Mag. Perlar. or.
Corallor. rub. ana Drach. s.
Elæosach. Rosarum
Citri ana Scr. j.
Cinamomi
Macis ana Scr. s.
Sachari albiss. in aq. Rosar. & Fragor. ana
s. q. dissol. Unc. xvj.

Misc. & fiat, ut est artis, confectio in morsulis.

Vires, Usus, Dosis.

AD Capitis, Cordis, Ventriculi, Jecinoris, Uteri, Renum, &c. intemperiem calidam; Item, ad febres, ardentes, biliosas, &c. valent Debiles longoque morbo dejectos recreant, & ad pristinum robur conducunt. Tremori cordis, defectioni animæ ac concoctioni auxiliantur; nec non illos, quibus forma corrumpitur, maximè juvant. Dosis à Drach. ij. ad Unc. s.

MORSULI PECTORALES.

℞. *Lohoch. Sani & experti* Unc. ij.
Spec. Diarrhod. Abbat. Unc. j.
Flor. Sulphuris comp.
Suc. Glycyrrhiz. ext. ana Drach. ij.
Pul. Rad. Ireos flor.
Aliptæ Moschat. ana Drach. j.
Balf. Sulphuris anisat.
Ol. Fœniculi ana Scr. s.
Sachari albiss. in aq. Prassii & Tussilag. ana
s. q. dissol. Unc. xvj.

Misc. & f. ut est artis, confectio in morsulis.

Vires,

Vires, Usus, Dosis.

TUssi diuturnæ, vocis asperitati, & Asthmati strenue succurrunt. Spirandi difficultatem auferunt. Humores in pectore & pulmone crassos incidunt, attenuant & inde natum dolorem levant. Dosis quavis hora ad libitum patientis à Drach.s. ad j. & Drach.ij.

MORSULI REFECTIVI DE CANCRIS.

℞. *Carn. Cancrorum fluviatil. in aquis pectoralib. coct.* Unc.ij.
Conf. Rosar. Damasc. Unc.js.
Pinearum mundat.
Pistat. virid.
Amygdal. dulc. ana de nocte in aq. Scabiosæ macerat. Unc.j.
Sachari albiss. in aq. pulm. vituli nost. dissolut. Unc. v.

Misc. & in fine adde:

Syrup. Mastichin. Vnc. ij.
Lact. Sulphuris Drach. ij.
Margaritæ Trochiscat.
Ol. Nuc. Moschat exp. ana Drach.
Balf. Sulphuris anisat. Scr. j.

Mis. & fiat, ut est artis, singulari diligentia confectio in Morsulis.

Vires, Usus, Dosis.

ARcanum est contra Phthisin & consumptionem corporis, quod multis aliis remediis meritò præferendum. Nihil enim ferè est, quod humidum radicale magis conservat, quàm hi Morsuli. Vires amissas restituunt & membra principalia confortant. Dosis,

sæpius

ſæpius in die à Drach. ij. ad Unc. s. plus minusve pro ratione complexionis & ſexus.

MORSULI STOMACHICI.

℞. *Diacydonii ſimpl.* Unc. ij.
Zingib. de China condit. Unc. j.
Calamit. aromat. virid. condit. Unc. s.
Nuc. Moſchat.
Caſſiæ ligneæ veræ
Galangæ min.
Macis ana Drach. j.
Sem. Coriand. præp.
Ameos ana Drach. s.
Ol. Caryophyllor.
Cinamomi ana Scr. j.
Sachari albiſſ. in aq. Stomachal. noſt. diſſol. Unc. xvj.

Miſc. & fiat, ut eſt artis, confectio in morſulis.

Vires, Vſus, Doſis.

STomachum infrigidatum ſummoperè confortant cibumque in eo continent. Membra nutritionis collapſa, debilia, corroborant & ſtipticant. Appetitum & guſtum potenter excitant. Flatus discutiunt & ventoſitates reſolvunt. Hypochondriorum tenſionem demoliuntur. Priſtinum calorem reſtituunt. Fætorem corporis removent, illisque, qui frigida viſcera habent, mirè conferunt. Doſis à Drach. j. ad Drach. ij.

MORSULI EPATICI.

℞. *Rad. Scorzoneræ condit.*
Cichorei condit. ana Unc. j.
Spec. Diarrhod. Abbat.

Conſ.

Conſ. Roſar. rub.
Uvarum paſſ. ana Unc.
Flor. Citri condit. Drach. ij.
Mag. Corallorum rub.
Chalybis cum aceto Tamarind. præp.
Spodii præp.
Epatis Lupi exſic. ana Drac
Sem. Acetoſæ
Portulacæ ana Drac
Flor. Epaticæ alb. Scr. j.
Sachari albiſſ. in aq. Epatic. frigid. & c
noſt. diſſ. Unc. xvj

Miſc. & fiant l. a. Tabulæ auro coopertæ.

Vires, Uſus, Doſis.

AD debilitatem ſeu imbecillitatem Hepatis val
ac ejusdem obſtructiones auferunt, roburque
jiciunt. Morbo Regio, nec non aquæ intercuti, m
que corporis habitui ſuccurrunt. Doſis à Drach. j
Drach. ij. & Unc. s.

MORSULI MARTIALES.

℞. *Limaturæ Martis cum aceto Tamarin*
præp. Unc. j.
Caſſiæ ligneæ veræ
Galangæ minor
Caryophyll. ana Drac
Macis
Croci or. ana Scr. j.
Ol. Cinamomi Unc. s.
Sachari albiſſ. in aq. Abſinthii & Centau
min. diſſol. Unc. viij.

Miſc. & fiat, ut eſt artis, Confectio in Morſullis.

Vires

Vires, Usus, Dosis.

VAlent ad omnes obstructiones, præsertim Lienis, & ad omnia vitia Stomachi, Cordis, Capitis. Pallorem faciei, menses movendos, &c. Sumendi autem manè 4. horis ante pastum, superbibendo haustum vini Absinthiaci. Utatur etiam post assumptos singulos morsulos, moderato exercitio post horam. Dosis à Drach. ij. ad iij. pro una vice.

MORSULI VIRILES.

℞.	*Conf. de Succulata Inda nost.*	Unc. j.
	Pistat. virid.	
	Amygd. dulc.	
	Pinear. mund.	ana Unc. s.
	Nuc. Moschat. condit.	Drach. ij.
	Borrac. Venet.	
	Galang. min.	
	Piperis longi	
	Cardam. min.	ana Drach. j.
	Verat. Tauri	
	Cervi	ana Drach. s.
	Gallia Moschat.	
	Sem. Ling. Avis	
	Urticæ	
	Carn. Stincorum	
	Croci or.	ana Scr. j.
	Ol. Caryophyllor.	
	Macis exp.	
	Cinamomi	ana Scr. s.
	Sachari albiss. in aq. Rad. Satyrii & Anthos ana s. q. diss.	Unc. xvj.

Misc. & fiat, ut est artis, Confectio in morsulis.

Vires,

Vires, Vſus, Doſis.

AD maritale munus viriliter obeundum, egregi & quidem extemporaneam præſtant opera Quos proinde ſingulariter commendatos velim iis, in officio ſuo tardiores ſegnioresque facti, ita, ut ſi ferantur ad judicem, cauſâ cadant. Doſis pro pra feliciter veſperi inchoando continuandoque à Drac ad Drach. ij. ad Unc. s. ſuperbibendo parum vini M vatici vel alius generoſi.

MORSULI DIACRETÆ.

℞ *Cretæ ter quatervè aq. violar. ablutæ* Unc. s.
Oc. Cancri præp. Drach. ij
Nuc. Moſchat.
Boli Armen. ana Drac
Corallor. præp. Drac
Margarit. præp.
Cinamomi inciſ. ana Sc
Lap. Carpion. præp.
Macis torrefact.
Croci or. ana Sc
Sachari albiſſ. in aq. Roſar. diſſol. Unc. viij. f. l. a. M ſuli.

Vires, Vſus, Doſis.

VAlent contra ardorem Stomachi, qui aliàs n periculoſus, ſed valde moleſtus, & aliquando iam ſanis ſæpè familiaris eſt, cum cibo ſumpto, tum junis; & imprimis cum eructare volunt, interclu quaſi flatu igneo, & erumpere non valente: Hunc bullientem dolorem ſiſtunt, & cauſam hujus mali to lunt. Doſis à Drach. j. ad Drach. ij.

SECTIO